



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Legia Catholica**

**Roberti, Johannes**

**Leodii, 1633**

27. S. Remaclus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)



Dagoberti Regis filium sacro  
 Baptismate lustravit, qui puer  
 quadraginta dumtaxat dies na-  
 tus, catechisanti Episcopo cla-  
 ra voce, cum omnium stupore  
 respondit, AMEN. Denique  
 in Elnonensi Monasterio vitæ  
 sanctissimè actæ finem fecit,  
 anno 650.

## XXVII. S. REMACLVS.

**M**ulta, & mira sunt huius Sã-  
 cti heroïcarum cuiusq; ge-  
 neris Virtutum facinora. Ca-  
 tholica sunt ista.

Sancto Trudoni author fuit,  
 vt Ecclesiæ S. Stephani in Me-  
 tensi Ciuitate, Patrimonium  
 suum traderet. Eiusdem suasu  
 Sigebertus Rex duo Cœnobia  
 extruxit: quæ hodieque in vi-  
 ciniâ nostrâ sunt, Stabulense, &  
 Malmundariense: in quorum  
 priore



priore vitæ suæ postremos annos, relicto Episcopatu, transegit.

XXVIII. S. THEODARDVS.

**M**agnus Martyr Theodardus, præter hoc ipsum, quod Martyrium passus est, dum Ecclesiæ suæ bona, ab iniustis possessoribus vëdicata strenuus repetit: hoc etiam nobis præbet Catholicum, quòd à B. Remacio, Magistro suo, & Monacho, in Monachismo ipse institutus est, & alios deinceps instituit. Etiam hoc, quòd eius Catholicam Sanctitatem, post gloriosum Martyrium, Deus multis, & stupendis Miraculis illustravit. Passus est Anno Christiano 655.

XXIX.